1516° Ultimi Martii

Sigismundus Primus Rex Poloniæ
Episcopis in Polonia —

15

Reverende in Christo Pater sincere no-
-bis dilecte —

Nunciatum est nobis, Serenissimum Domi-
-num Hungariæ et Bohemiæ Regem Fra-
-trem Germanum Nostrum amantissimum
Feria Sexta ante Dominicam Palmarum
vitâ functum esse. Quæ tam infelix, et
acerba novitas, quantum nobis cumulû
doloris addiderit, ad recentem adhuc, ex o-
-bitu Charissimæ Conjugis nostræ, mæro-
-rem, exprimi non potest. Quare postula-
-mus â Vestra P.tate, ut eventum istum et
jacturam Nostram incomparabilem De-
-nuntiari faciat, in Omnibus Ecclesiis
Diœcesis suæ, ut tam â Clero, quam Po-
-pulo universo, pro tanto Rege, et eo Fra-
-tre nostro, quem Patris locô Suppremmû
jam habuimus, Dominus Deus diligenter
exoretur. Factura nobis Vestra P.tas rem multô
gratissimam sic. Quam bene valere optamus —

Vo